

et concedentes tibi et aliis in quibusvis civitatibus et locis partium praedictarum per te deputandis et eorum cuilibet plenam et omnimodam facultatem et potestatem, sanctam crucem et plenariam indulgentiam et remissionem omnium peccatorum non solum semel in vita sed et in mortis articulo pro omnibus et singulis Christi fidelibus, qui pro gloria et defensione fidei orthodoxae arma contra dictum Georgium haereticum et alios quoscunque haereticos et eis adhaerentes assumpserint et pugnaverint, vel aliquem aut aliquos loco sui ad tam necessariam expeditionem miserint et ad hoc iuxta eorum facultatem ac iuxta dictamen tuum et aliorum confessorum per te ad hoc deputandorum contribuerint, praedicandi et praedicari faciendi, ipsamque crucem fidelibus eam assumere volentibus ut est moris dandi et assignandi, truncos sive cistas in ecclesiis et locis aptis pro colligendis pecuniis ex contributionibus hominum proventuris et in hoc pium opus duntaxat commutandis ponendi et locandi, illosque et illas superioribus ecclesiarum civitatum et locorum, qui collecta huiusmodi conservent et in usum et ad expeditionem contra haereticos et eis adhaerentes tempore opportuno iuxta ordinationem per vos desuper faciendam exponant, committendi, nec non cruce signatos mittentes et contribuentes huiusmodi ab omnibus et singulis ipsorum peccatis criminibus et excessibus quantumcunque gravibus et enormibus, etiam sedi apostolicae specialiter reservatis plenarie absolvendi, atque eis et eorum cuilibet facultatem eligendi confessorem idoneum, qui eos et quemlibet eorum in mortis articulo etiam plenarie absolvat, dandi et concedendi, praedicatores et confessores idoneos prout tibi videbitur utile et opportunum loco tui deputandi. Mandamus strictius praelatis, plebanis et aliis praedictis et eorum cuilibet sub excommunicationis poena, quatenus te in eorum ecclesiis ad praemissa praedicanda et publicanda admittant, tibi quoque auxilio consilio et favore assistant sine contradictione quacunque, alioquin contra eos procedemus ad dictam sententiam iustitia mediante. Datum Wratislaviae nostro sub sigillo anno domini M. CCCC. LXVII. die secunda mensis Octobris, pontificatus praefati sanctissimi domini nostri domini Pauli papae secundi anno quarto.

Nach einer gleichzeitigen Abschrift im Cod. ms. 1092 fol. 280<sup>b</sup> der Univ.-Bibliothek zu Leipzig.

### No. 1096. 1467. 9. Oct.

Anno domini 2c. LX septimo am fritage noch Francisci haben meyn herren Balthasaren Czigelaren dryvndzweztzigstehalten Rin. gulden ierlicher zcinße im dorffe zcu Sachssendorff in der pflege zcu Dresden gelegen (*Sachsdorf, Par. Weisstropp*) vorgunst dem thumprobste techande vnde gantzen capittel zcu Missen vmbe fumfftehalbhundert Rinisch gulden vff eynen rechten widderkouff zcuorkewffen, bynnen dryen iaren wider abzculosen 2c. Actum Missen anno et die ut s.

Copiale 58 fol. 266 im K. Haupt-Staatsarchiv zu Dresden.